UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Arnoldi Corvini â Belderen, Batavi, Jcti quondam Consummatissimi, Consiliarii Electoralis & Professoris Moguntini Publici, &c. Tractatus Geminus De Personis Atque Beneficiis Ecclesiasticis Sive ...

opus posthumum, diu desideratum, nunc demum excusum, & indice locupletissimo instructum

De beneficiis ecclesiasticis

Corvinus van Beldern, Arnold

Francofurti ad Moenum, 1708

VD18 10184902

De Cathedratico. Tit. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-62028

Visual Library

ult. §. porro. de offic. Ordin. in 6. Piaſec. d. loco. num. 42. in fine.

Poteſt conſuetudine, ſive præſcriptione legitimâ induci, nè quarta debeatur Epiſcopo. *d. c. de quarta. de præſcript.* 27

TITULUS X.

De Cathedratico.

SUMMARIA.

1. *Debetur Epiſcopo Cathedraticum.*
2. *A quibus.*
3. *Ejus taxa quæ.*
4. *An contra eam currat præſcriptio.*
5. *An per Concilium Tridentinum ſublatum.*

IN honorem Cathedræ Epiſcopalis ſolvitur Epiſcopo portio quædam, inde *Cathedraticum* dicta: *Gloſſ. per c. conquerente. de offic. Ordin. Flamin. Pariſ. tract. de confident. qu.* 15. *num.* 5. Appellatur & *Synodaticum*; quia in Synodo, ſingulis annis celebranda, *can. Epiſcopus. can. annis ſingulis, diſt.* 28. *can. quando diſt.* 28. *can. Epiſcopus.* 25. *qu.* 6. *c. ſicut olim. de accuſat.* ab omnibus ad illam vocatis præſtari conſueta *c. ult. de cauſſ. poſſ. & propriet.* 1

Poteſt eam Epiſcopus à ſingulis ſuæ Diœceſecos Eccleſiis exigere. *Gloſſ. in can. quicunque.* 16. *qu.* 6. *Pariſ. conſ.* 22. *num. lib.* 4. non Monaſteriis: *can. inter cætera.* 10. *qu.* 3. cum à lege diœceſana ſint exempta. *can. pro utilitate.* 16. *qu.* 1. *can. quam ſit.* 18. *qu.* 2. 2

Diſtribuebatur in feſto Nativitatis, & Reſurrectionis Domini. *c. olim. de cenſib. Zerola in praxi Epiſc. part.* 1. *verbo Cathedraticum. §.* 1. *Riccius in praxi aurea. reſol.* 182 *num.* 1.

Erat ejus antiqua taxa ſolidi duo: *can.* 1. *cauſſ.* 10. *qu.* 3. *Gloſſ. in d. c.* 10. *querente. verb. duos ſolidos. Surd. conſ.* 454. *num* 12. *Riccius. d. reſol. num.* 1. Servanda ea autem conſuetudo, *Gloſſ. in d. can.* 1. ſi bona 3

 & ra-

Corvinus
De Personis
et Benef. Eccles.
G IV
32

& rationabilis. *Zerol. d. loc. Riccius d. num. 1. in fin. Piaſec. in praxi Epiſcop. part. 2. cap. 2. num. 10. vide Sellium. in ſelect. Canonic. cap. 30. num. 45.*

4 Pro ea tota non currit præſcriptio contra Epiſcopum: *Balb. de præſcript. in 5. parte. qu. 16. Bottæ. de Synodo. part. 3. num. 87. Zerol. d. loco.* §. 4. currit pro parte. *Abb. in c. paſtoralis. de donation. Botte d. tr. part. 2. num. 90.*

5 Non eſt per Concilium Tridentinum, *ſeſſ. 24. de reform. cap. 3. verſ. intereimque caveat*, ſublata. *Armend. in recop. legum. Navarra. lib. 1. tit. 6. de viſitat. num. 115. Barboſ. de Epiſcopo. part. 3. alleg. 73. num. 44. in fin. & in Apoſtol. deciſ. collect. 137.*

TITULUS XI.

De Quarta Decimationum.

SUMMARIA.

1. *Quarta Decimarum debetur Epiſcopis.*
2. *Ex quo jure.*
3. *A quibus eam exigere poſſunt.*
4. *Quid ſi Rectores ſint negligentes.*
5. *Præſcriptioni in his locus.*

1 Est & alia portio Epiſcopo debita; *Quartam Decimarum* appellant: cum olim Epiſcopi eſſent pauperes, fuit in Concilio Aurelianenſi *cap. 16. relat. in can. antiquos. 10. qu. 1.* ſtatutum, ut de oblatis fidelium in Altario, ſibi vindicarent partem dimidiam. Poſtea *eod. Concil. cap. 17. relato in can. 7. de his. d. c. & qu.* tantum tertiam: Ut & Concilio Tarraconenſi *cap. 8. relato in can. 10. decernimus. ead. cauſ. & qu.* cum onere tamen fabricæ Eccleſiæ; ex Concilio Toletano XVI. *cap. 4. relato in can. 3. unic. 10. qu. 3.* Tandem, eis conceſſa, abſque onere ullo, quarta decimarum Eccleſiarum Paro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN